

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 115. Repetitæ Maximiliani Cæsaris preces pro obtinendo Sacerdotum connubio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

eam hortabatur, ac impense rogabat, Sæcul. XVI.  
ut Synodi Tridentinæ decretis se sub- A C 1564.  
mitteret, eaque in regno suo promul-  
gari juberet, simulque omnes hæreti-  
cos, atque de hæresi suspectos cunctis  
dignitatibus amoveret. Iisdem ferme  
verbis scripserat ad Archiepiscopum  
Santandream, & Glasensem Præsu-  
lem: verum inutiles erant hæreticos  
reprimendi conatus; quippe Regina re-  
gni sui tumultibus præpedita, ac nu-  
ptiis, quas cum Leviniani Comitis Fi-  
lio inire parabat, perficiendis distenta  
parum Pontificis voro satisfacere pote-  
rat: aliunde vero plus æquo illius au-  
toritatem restringebat violentia E-  
lisabethæ Angliae Reginæ, quæ palam  
Protestantes protegebat, quapropter  
Scotiæ Regina adeo non hæreticorum  
factionem labefactare poterat, ut nequi-  
dem ejus facultati relictum esset præ-  
pedire, ne in ipsis Scotiæ visceribus im-  
pune grassarentur hæretici.

## §. CXV.

*Repetitæ Maximiliani Cæsaris Preces  
pro obtinendo Sacerdotum connubio.*

Haud magis contentus esse poterat Raynald. n. 1.  
Pontifex de Maximiliano Cæsare, Thuan. l. 37.  
qui Calicis usu suis subditis sub quibus-  
dam conditionibus, ut supra memini-  
mus, concessò nondum contentus erat.

*Hist. Ecclesiast. Tom. XLVII.* A a sed

**Sæcul. XV.** sed apud sacram Sedem pro obtinendo  
**A.C. 1564.** Sacerdotum connubio ~~ruris~~ instabat  
 Verum Pontifex ægre ejusmodi preces  
 percipiebat, eas tamen audire coactus  
 mox die duodecima Januarii Anno In-  
 carnationis Dominicæ millesimo quin-  
 gentesimo sexagesimo quinto Purpura-  
 torum Senatum convocavit, in quo  
 Cæsaris postulatum, ac rei conceden-  
 dæ difficultatem proposuit, ubi postmo-  
 dum collectis congregatorum suffra-  
 giis, cum omnes has preces esse rej-  
 ciendas censerent, quosdam celebriores  
 Theologos selegit, qui hanc repulsa  
 validis rationibus firmarent, ac novis  
 ejusmodi precibus aditum obstruerent.  
 Facta hac elucubratione Pontifex eam  
 per Lancianensem Episcopum doctum  
 Theologum, ac Petrum Guicciardinum  
 Iurisprudentia Canonica clarum ad Cæ-  
 sarem transmisit, ponderatisque hi-  
 rationibus mox Maximilianus ac-  
 quievit.

### §. CXVI.

#### *Conspiratio in Pontificem ab Ac- colto conflata.*

**Thuan. l. 36.** Sub idem tempus Romæ dissipata est  
**Spond. hoc** conjuratio a fanaticis quibusdam  
**ann. n. 10.** contra Pontificem structa, cuius Dux  
**Ciacon. tom.** erat Benedictus Accoltius, Accoltii, qui  
**3. p. 881. &** ejusdem nominis olim purpurei galeri  
**883.** decus